

Ostracine. Arabia finitur à Pelusio sexagintaquinque M. passuum.

Idumæa, Syria Palæstina, Samaria, Ascalo, Azotus, Cæsarea. CAP. XIII.

Mox Idumæa incipit & Palæstina, ab emerſu Sirbonis lacus, quæ quidã cl. M. pass. circuitu tradidere: Herodotus Casio moti applicuit: nunc est palus modica. Oppida Rhinocolura, & intus Rhabpha: Gaza, & intus Anthedon: mons Angaris. Regio per orã Samaria. Oppidũ Ascalo liberũ, Azotus: Iamnes duæ, altera intus. Ioppe Phœnicum, antiquior terrarũ inundatione, vt ferunt. Insidet collẽ præiacente saxo, in quo uinculorũ Andromeda vestigia ostẽdunt. Colitur illic fabulosa Derceto. Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flauia, à Vespasiano Imperatore deducta. Finis Palæstinae clxxxix. M. pass. à confinio Arabia: deinde Phœnice. Intus autem Samariæ oppida, Neapolis, quod antea Mamortha dicebatur: Sebaste, in monte altiore Gamala.

Judæa, Galilæa, Hierico, Emmaus, Lydda.

Ioppe. CAP. XIII.

Supra Idumæam et Samariã Judæa longe lateq; funditur. Pars eius Syria iuncta, Galilæa uocatur. Arabia uero et Aegypto proxima, Peræa, asperis dispersa montibus, & à cæteris Iudæis Iordane amne discreta. Reliqua Judæa diuiditur in toparchias x. quo dicemus ordine. Hiericuntẽ palmetis confitã, fontibus irriguã Emmaum, Lyddam, Ioppicam, Acrabatenam, Gophniticã, Thammiticam, Betholenen, Tephnenen, Orinen, in qua fuere Hierosolyma longe clarissima urbium orientis, nõ Judæa modo: Herodium cum oppido illustri eiusdem nominis.

Iordanis. CAP. XV.

Iordanis amnis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ, de qua dicemus: amnis amœnus, & quatenus locorum situs patitur, ambitiosus: accolisq; se præbens, uelut inuitus Asphaltitem lacum dirum natura petit, à quo postremo ebibitur, aquasq; laudatas perdit pestilẽtib; mixtas. Ergo ubi prima cõuallium fuit occasio, in lacum se fundit, quem plures Genesaram uocant xvi. M. pass. longitudinis, vi. M. latitudinis, amœnis circũseptum oppidis: ab oriente Iulide et Hippos, à meridie Tarichea, quo nomine aliqui & lacum appellant, ab occidente Tyberiadẽ, aquis calidis salubri.

Asphaltites. CAP. XVI.

Asphaltites nihil præter bitumen gignit, unde & nomen. Nullum corpus aialium recipit: tauri. Cameliq; fluitant. Inde fama, nihil è eo mergi. Longitudine excedit c. M. pass. latitudine maxima xxx. implet, minima sex. Prospicit eũ ab oriente Arabia Nomadum, à meridie Macherus, secunda quondam arx Judæa ab Hierosolymis. Eodem latere est calidus fons medicæ salubritatis Calliroe, aquarum gloriam ipso nomine præferens.

Gens Essenorum. CAP. XVII.

A B occidẽte littora Esseni fugitant usq; qua nocent, gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine ulla fœmina omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex æquo cõuenarum turba renascitur, large frequentatibus quos vita fessos ad mores eorum fortuna fluctus agit. Ita per seculorum milia (incredibile dictũ) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam fœcunda illis aliorum vita pœnitentia est. Infra hos Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumq; nemoribus: nunc alterum bustum. Inde Masada castellum in rupe, & ipsum haud procul Asphaltite. Et hæcenus Judæa est.

Decapolis. CAP. XVIII.

Ingitur ei latere Syria Decapolitana regio, à numero oppidorũ, in quo nõ oēs eadem obseruãt. Plurimi tamen Damascus & Opaton riguas amne Chrysorrhoa, fertilem Philadelphiam, Rhabphanam, omnia in Arabiam recedentia. Scythopolim antea Nysam, à Libero patre, sepulta nutrice ibi, Scythis deductis. Gaddara Hieromiace pfluente, & iam dictum Hippon Dion. Pellam aquis diuitem, Galasam, Canathã. Intercursant cinguntq; has vrbes Tetrarchie, regnorum instar singula, & in regna contribuntur, Trachonitis, Paneas, in qua Cæsarea cũ supradicto fonte, Abila, Arca, Ampeloesa, Gabe.

Tyrus & Sidon. CAP. XIX.

H Inc redeundũ est ad orã atq; Phœnicen. Fuit oppidũ Crocodilon, est flumẽ: memoria urbiũ Dorũ, Sycaminũ, promontoriũ Carmeli, et in mote oppidũ eodẽ noĩe, quondã Ecbatana dictũ. Iuxta Getta, Iebba. Riuis Pagida, siue Belus, uiri fertiles harenas paruo littori miscens. Ipse è palude Cedeuia à radicibus Carmeli profluit. Iuxta colonia Claudi Cæsaris Ptolemais, quæ quondã Ace. Oppidũ Ecdippa, Promontorium Album. Tyrus quondam insula, præalto mari septingentis passibus diuisa, nunc uero Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara urbibus genitis, Lepti, Vtica, & illa Romani imperij æmula, terrarum orbis auida, Carthagine etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atq; purpura constat. Circuitus xix. M. pass. est, intra Palætyro inclusa. Oppidum ipsum xxij. stadia obtinet. Inde Euhadra, Sarepta, & Ornithon oppida: & Sidon artifex vitri, Thebarumq; Beotiarum parens.

Mons Libanus. CAP. XX.

A Tergo eius mons Libanus orsus, mille quingentis stad. Simyrã usq; porrigitur, qua Cæle Syria cognominatur. Huic pars, interiacẽte uallem, nõs aduersus Antilibanus obtẽditur, quodã muro coniunctus. Post eum introrsus Decapolitana regio est, prædictaq; cum ea tetrarchia, & Palæstina tota laxitas. At in orã etiamnum subiecta Libano, fluius Magoras: Berytus colonia, quæ felix Iulia appetatur,